



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXX. Novembris. S. Ioscio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SIOSCIO Roseus ad S. Bertinum in vrbe Audomarensi monachus, De-
parae Virginis singulariter addictus. Eius rei fidem facit breve quidem,
pium, quotidianum, & mysticum erga Dominam & patronam modesti clien-
tis officium. Id fuit quinq; Psalmorum lectio, eorum nempe quorum initia
litteræ MARIE nomina exprimunt: quos post matutinas preces, cius in hono-
rem, singulis singulas Angelicas præmittens salutationes, omni die solitus et
recitat. Ieroſolymitanorum tunc mos is erat Christianorum, quem Theo-
baldo Cantuariensi Episcopo, inde reverſo, hic didicerat. Hanc Ioscoi
pietatem in DEIPARAM, quid mirandum, eo vita functo, secutum est. Enim
vero ex demortui capite, quinq; purpureæ, eæq; lebæſimæ, rōſæ mox proce-
serunt: in quarum prima MARIE nomen manifestè ac mirabiliter effictum ap-
partuit. Vna ex ore, duæ ex oculis, totidem ex auribus prodibant. Septem di-
rum spatio in humatum iacuit beati viri corpus, pio omnibus spectaculo, ma-
gna fidelium, rem supra naturæ ordinem admirantium, religione. Andrei
Atrebati Præful, oculatus inter alios huius miraculi testis, beatum Iosco-
NEM terræ mandauit. Iacet autem sepultus in choro S. Bertini sub arâ minori
iuxta quam, post chorum, candido sculptus in lapide, dictis cum roſis vi-
ſitur. Multis post mortem signis claruit. Ob. XXX. Nou.

A.C.MCLXIII. Ex Fastis Belg. Myrai.

S. 10.



S. I O S C I O ROSEV'S ORD. S. BEN.
Hic Beip. Virgini deuotus, quosidic V. Psalmos quo-
rum initiale s littere nome MARIA exprimit recitabat. Ex eis
mortuus capite quam roke p. scrit nome MARIA continet. Obiit
XXX Nov. A. C. MCCCLXIII.

10.

VAM. 2

Y

S MAV-